

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 163

Haec carta indicat atque conservat quo tradidit Houuen quartam partem virgade unius, cum manente supra nomine Uoretmebin, cum tota renda sua, id est, sestarium mellis et denarios .VIII. et .V. panes; et ita tradidit eum, et semen eius post eum, in sempiternum Sancto Salvatori et Conuuoiono abbati et monachis rotonensibus, pro illo colono queni occidit, nomine Uuobrian, sine censu et sine tributo alicui homini sub caelo nisi Sancto Salvatori et monachis rotonensibus; et dedit ipse Houuen fideiussores .III. in securitate ipsius terre et coloni supradicti, his nominibus: Coruueten, Haeltiern, Berinker, Couellic. Factum est haec traditio in insula Plaz, .II. feria, pridie idus augusti, luna .XX., adstantibus ibi nobilibus viris: Anauhoiarn, presbyter, testis; Lanfred, testis; Hinconan, presbyter, testis; Hirdan, testis; Uuallo, testis; Uuallon, testis; Ratfred, testis; Ratuili, testis; Milun, testis; Uuoruuoion, testis; Cadlouuen, testis; Iudre, testis; Notolic, testis; Uuadin, testis; Datlin, testis; Uuorhocar, testis; Renouuart, testis; Liosoc, testis; Hincant, testis.